





OSSA  
IVVENIS  
NOBILISSIMI ATQVE ERVDITISSIMI  
**GOTTLOB HENRICI**  
**ENGELSCHALLI**  
ALVMNI PORTENSIS  
QVI  
A. D. VIII. KAL. APR.  
ANNO CIO 100XLVI.  
IN SCHOLA PROVINCIALI PORTENSI  
ANIMAM COELO  
REDDEBAT,  
PLACIDE QVIESCERE IVBENT  
DVO COGNATI  
I. G. A.  
ET  
G. G. B.  
ALVMNI PORTENSES.

---

NVMBVRGI,  
TYPIS IO. GEORG. LAITENBERGER.  
LITT. BOSSOEGELIANIS.




**H**eu! fragilis dubio versat fors omnia fato,  
Strataque confestim, quae viguere, iacent.  
Vidimus hoc nuper, cum TV morereris, AMICE,  
Cum TVA vitalis linqueret osfa calor.  
Vt flos in riguo ventis confringitur horto,  
Condit et in tenui puluere molle caput.  
Sic TE, qui fueras florentis imago iuuentae,  
Instabilis fati vis nec opina tulit.  
Heu! cadis ante diem, mediisque in cursibus aeu*m*  
Mors, ENGELSCHALLI, TE peracerba rapit.  
Vidimus, vt moriens ceruix resupina iaceret,  
Vidimus, vt tereret languida membra malum.  
Non tamen impavidam potuerunt frangere mentem  
Morbi, qui corpus diminuere, graues.  
Semper in ingeano splendebat pectora virtus.  
Et morum candor semper apertus erat.  
Fortiter insultus morbi placideque ferebas,  
Flecebat animum nulla pericula Tvv*m*.  
In TE semper erat solertia magna, SODALIS,  
Semper et eximius cum pietate pudor.

At, quo nunc abiit vigor atque modestia vultus,  
Oris purpurei quo fugit ille color?  
Quo fugis o! semper nobis iucunde **SODALIS?**  
Quare spe citius pallida membra iacent?  
Aspice, funereo resonant nunc omnia luctu,  
Omnia moestitiam significare vides.  
Cernimus, ut tristes inopina morte parentes  
Iam doleant, subito funus adesce. **T v. v. M.**  
Consurgunt multo canentes puluere crines,  
Atque fene<sup>c</sup>tutis gaudia rapta dolent.  
Aspice, Porta, parens extinctum deflet alumnum,  
Signaque tristitia dat manifesta sua.  
Portentes iuuenes circumstant funera fratris,  
Et dant flebilibus tristia verba modis.  
Quo fugis? O! redeas ne quae sumus esse, **SODALIS,**  
Irrita vota sinas, dulcis **AMICE**, redi.  
En! defunctus adest, claraque in luce res fulgens,  
Ore serenato Italia dicta referit:  
Quid iuuat immenso tantum indulgere dolori,  
Lugere mortem cur sine fine meam?  
Sit modus in lacrymis, felix per saecula viuo,  
Saccula quaae nullum sunt habitura modum.

Aſſidue iamiam coeleſtia gaudia carpo,  
Sub pedibus uideo regna caduca meis;  
Hic, vbi fidereum nescit languescere lumen,  
Et viger, aeterna pace, beata quies.  
Hic, ubi perpetuo veris clementia ridet:  
Hic, vbi non letum, non metus ullus adeſt.  
Hinc, vos, o! cari luctum finite parentes,  
Non erat in votis longior hora meis.  
Ante diem rapior, sed vestris adiicit annis.  
Numen, quod poterat tempus adesse mihi.  
Tranquilla vobis dabitur gaudere senecta,  
Nec post haec flebit funera moesta domus.  
Felices eritis, donec post fata suprema,  
Carpetis summi gaudia magna poli.  
Ergo, nos alacres luctu cesfamus ab omni,  
Et Tibi laetitiae commoda signa damus.  
Iam foliis tumulum conſpergimus, atque precamur:

Vt sit, Amice, Tibi terra lapisque leuis.



78 M 496

ULB Halle  
001 618 148

3



TA-206

107





OSSA  
 IV VENIS  
 NOBILISSIMI ATQVE ERVDTISSIMI  
**GOTTLOB HENRICI**  
**ENGELSCHALLI**  
 ALVMNI PORTENSIS  
 QVI  
 A. D. VIII. KAL. APR.  
 ANNO CIC 15CCXLVI.  
**IN SCHOLA PROVINCIALI PORTENSI**  
**ANIMAM COELO**  
**REDDEBAT,**  
**PLACIDE QVIESCERE IVBVENT**  
**DVO COGNATI**  
 I. G. A.  
 ET  
 C. G. B.  
**ALVMNI PORTENSES.**

*NVMBVRGI,*  
 TYPIS IO. GEORG. LAITENBERGER.  
 LITT. BOSSOEGELIANIS.

